

No. 975.

ANTONIUS XAVERIUS
SOTKIEWICZ
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
EPISCOPUS SANDOMIRIENSIS.

Omnium Dioecesis Nostrae Sandomiriensis Christi fidelium saluti paterna charitate providere cupientes, etiam ad fidelium defunctorum animas in purgatorio detentas ex thesauris Ecclesiae adjuvandas, cor piamente mentem nostram adjecimus. Quum itaque **Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII.** Litteris suis de die 16 Martii anni 1883 Romae sub annulo Piscatoris emanatis Nobis benigne concessit indulustum Altaris privilegiati in omnibus Ecclesiis specialiter designati hocque ad decursum septem annorum, Nos nullo modo his Apostolicis gratiis Christi fidelium animas frustrare volentes, in Ecclesia *parochiali* in Jankowice Radowisk. in Altare privilegiatum designamus et eligimus Altare majus hujuscce Ecclesiae, illique communicamus privilegium ita, ut quicunque presbyter tam saecularis, quam regularis Missam pro anima cujuscunque Christi fidelis, quae **Deo** in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praefatum Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur ita, ut ejusdem **Domini Nostri Jesu Christi ac Beatissimae Virginis Mariae** Omniumque Sanctorum meritis sibi suffragantibus, a purgatoriis poenis si ita **Deo** placuerit, liberetur.

Indultum hoc currit solummodo ab hodierna die usque ad eamdem diem anni millesimi octingentesimi *nonagesimi quarti*; elapo autem hoc tempore nullum erit totumque robur suum amittet.

In quorum fidem praesentes has Litteras Nostras manu propria subscriptas, sigillo Nostro ad majorem valorem communiri fecimus. EPISCOPUS SANDOMIRIENSIS.

Datum in Curia Nostra Episcopali

Sandomiriae die 27 mensis Augusti 1887 a. D.

+ Antonius Ep.



Cancellarius

A. Laskiewicz

